Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



111

Eduxit autem eos foras in bethania & eleuatis manibus suis benedixit eis. Utroq; nomine id benedictionis & orationis uocat oratio sacerdotis. De benedictione dicit apls. Si benedixeritis spu quis supplet locu idiote. Quomodo dicis amen sup tua benedictione quia nescis quid dicas. Hanc benedictionem uocat ambrosius orationem dicens. Impertus enim audiens qd n intelligit nescit finem orationis & n respondit amen id uerum. ut efirmet benedictio. Et hos enim implet confirmatio pcis. qui respondent amen. finis psentis officii experimento noscitur alioq; officioq;. In fine alioq; solem dicere kyrie eleyson. ac deinceps orationem & sic tande unusquisq; remeare ad sua. Iunde ad demonstrandu finem mutatio cerei de loco in locu. Libet hic pferre auctoritate sci augustini quare mos ecclesie obtineat suas orationes ad orientem dirigere. Dicit in sermone dni de monte. Cu ad orationem stamus ad orientem conuertimur: unde celu surgit. n tamquam ibi sit dns. quasi ceteras mundi partes deseruerit. q ubiq; psens est. n locorum spacius est. maiestatis potentia est. ut admoneat animu ad naturam excellentiorem se conuertere. id ad dnm. cum ipsum corpus eius qd terrenum est ad corpus excellentius id est ad corp celeste conuertit. Ido dicit in celis dns habitare. qa maior cognitio est in celis illi summe maiestatis & essentie in angelis ut animal seoq; quam in terra habitantib sciis ppter grauitudinem carnalis habitationis que uix pmittit animam ad purum ueritatis lumen uolare. De Sessione epi.

Deinde xpe ascendit in celu. ut sedeat ad dexteram patris. Epe quia uicari xpi est in omnib memoratis supiis debet hic ad memoriam nobis introducere xpi ascensionem & sedem. Q ppter ascendit in sede p opus & laborem ministerii commissi. Xpe disposito cursu suo p cuiem ecclia loca id pbros in suo ordine diaconos in suo. subdiaconos in suo ceteroq; gradus in suis. nec n & audiores unusquisq; in suis ascendit in sede & sedet. Sedent cu eo quib pmissum est cu uenerit filius hominis in sede maiestatis sue. sedebitis & uos sup sedes. xii. iudicantes xii. tribus isrl. De quib dicit Paulus apls ad ephesios. Et conresuscitauit & consedere fecit in celestib in xpo ihu. De his q ascenderunt secu. aliqui sedent & aliqui stant. Et eos qui sedent demonstrant membra in pace quiescentia. p eos q stant in certamine posita. caput & membra unum corp quo xpe in aliqb sedet & in aliquib stat. ut uidit illu Stephan in certamine positus. Aliqui ascenderunt sedent. aliqui stant. Dns in alto celoq; sedens custodit suu curru id ecclesiam de qua dicit psalmista. Nisi dns custodierit ciuitatem frustra uigilat q custodit ea. Paulus q xpi uice fungebat dicente augustino in psalmo .c. xx. vi. dicebat. Timeo ne forte sicut serpens euam seduxit astutia sua sic & uestre mentes corrumpantur a castitate q est in xpo. Custodiebat custos erat. uigilabat quantu poterat sup eos quib pterat. Et epi hoc facium. Ha ido altior locus posit est epis. ut ipsi sup intendant & tamquam custodiant pplm. Ha & grece qd dicit epis. hoc latine sup intentor interpretatur. qa sup intendit & qa desup uidet. Quomodo enim uinitori altior fit locus ad custodiendam uinea. sic & epis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa ratio reddit n eo corde stem hic. ut humilitate sub pedib nris fim. & p uobis oremus. De Officio lectoris & cantoris.